

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio LVIII. Ecclesia Lateranensis indultum, quod in locis sibi subjectis  
quilibet possit erigere loca pia, eaque sic erecta existant sub jurisdictione  
Capituli & Archipresbyteri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO LVIII.

Ecclesia Lateranensis habet indultum, quod in locis si-  
bi subiectis quilibet possit erigere loca pia, eaque  
sic erecta existant sub jurisdictione Capituli &  
Archipresbyteri.

R. P. D. Taia.

Beneventana Ecclesiæ.

Lune 20. Februarii 1668.

### S U M M A R I U M

- 1 Episcopus habet jurisdictionem ordina-  
riam in tota sua Diocesi.
  - 2 In Lateranensis Ecclesia locis subiectis  
quilibet locapia erigere potest, eaque  
sic erecta existunt sub dispositione Ca-  
pituli, & Archipresbyteri ejusdem  
Ecclesie Lateranensis.
  - 3 Privilegium Summi Pontificis disponens  
de Ecclesiis non solum comprehendit  
Ecclesiis tempore privilegii erectas,  
sed etiam postea edificatas & numer-  
sequenti.
  - Lex semper loquitur num. 3.
  - 4 Privilegium indefinitè loquens, inde-  
finitè est intelligendum.
  - 4 Privilegia Lateranensis Ecclesia de ori-
- gendis locis pīs, quomodo fuerint à  
Sixto V. modificata, & qualiter di-  
cta modificatio intelligatur, & num.  
sequenti.
  - 6 Episcopus qualcm habeat auctoritatem  
vigor Conclui in locis pīs erectis in  
fundo Ecclesia Lateranen subiecto &  
num. seqq. ac per totam.
  - 7 Privilegium erigendi Ecclesiam, an or-  
dinarii licentiam exposcas.  
Ecclesia ex privilegio erecta, quomo-  
do subicit jurisdictioni ordinarii, n. 7.
  - 8 Visitationes Ecclesiarum facta ab Epi-  
scopo in locis exemptis, intelligan-  
tur iure delegato Sedit Apostolice.
  - 9 Concilium Trident, lss. 24. cap. 9. de  
refor-

L 1 2

- reformat, unacum pluribus suis resolutionibus sacra Congregationis traditur, & declaratur, numer. 6. 7.  
8. § 9.
10. Donatio fundi in favorem Ecclesie excepte fieri ne possit in praedictum mensa Episcopalis.
11. In donatione proprii fundi facta ad favorem Ecclesie, quae frans potest considerari, & quomodo ea excludatur iuncta prætermissio obviaria, vel consuetudine in contraria.
- N**ulum jus ordinarium competere D. Archiepiscopo, sed tanquam delegatum in Ecclesia, & hospitali Terracensi Domini responderunt.
- Quia sicut indubitatum fuit ex facto, Terracensium est diaecesis Benemerita, & jure communis Episcopum in tota sua Diaecesi jurisdictionem ordinariam habere. cap. 7. de officio ordinis. 6. abundat Rot. decr. 153. nu. 12. par. 11. recentior.
- Ita indubitatum fuit jure speciali S. memorie Bonifacium IX. qui Archiprestatum sacrosanctæ Lateranensis Ecclesie obtinuerat, statuisse ut quilibet in ad Ecclesiam Lateranensem per tantibus loca pia erigere posset, illaque sic eretibus dispositione Capituli, & Archipresbyteri extarent, quod indultum, & si fuerit revocatum per sanctæ memorie Pium IV. tamen sanctorum memorie Sixtus V. illud invicit, ut in eius Constitutione § 9.
- Et hoc privilegium, quia generaliter disponit de Ecclesiis, comprehendit nonnullas tempore privilegi errectas, sed etiam alias postea aedificatas, nam lex semper loquitur quidquid dixerit Calderini, consil. 12. de privil. qui non loquitur de privilegiis Bonifacii IX. & circa finem contrarium admittit, quando privilegium loquitur indeinde aut Rota decr. 217. num. 25. à vers. quod quia part. 9. recent. & certius, doctrina loquitur ipse Sextus V. post ipsum Bonifacium IX. de potestate erigendi, ac de ecclesiis respectivè subjiciendis ac subjectis dispositioni Capituli, & Archipresbyteri, ut supra.
- Nec obstat viva est modificatio Sixti V. ut accederet licentia ordinariorū loca erienda cum personis subessent iisdem ordinatis, &c. ad dicta Constitutionem. Quia necessariò vixum est intelligi de subjectione jure delegato, & juxta ordinariem S. Concil. Triad. cap. 9. de reform. sess. 24. ut ipsius Concilii remenit dicta Constitutione Sixti V. § 3. nos motu in fine, nam si vere ordinarii licentia esset requirendaprodigendis Ecclesiis, & erectorum remanerent tali jure subiectæ, non solum supra scriptum, sed omne privilegium repugnante excluderent, & ita semper intellexit Rot. maxime in 4. decr. in Cambagens. Ecol. decr. 115. & decr. 217. & 310. & 313. par. recent. & ad suam praescriptam confirmatione adducebantur plures S. Congregat. Concilii declarationes in Firmano 31. Junii 1627. & Nuceria Pagan. 16. Junii. 1635. & in Camerinen. 21. Feb. 1645. non

licere Episcopis & Archiepiscopis visitare dictas Ecclesias in fundo Lateranensi e-  
rectas, nisi tanquam Sedis Apostolicae delegatis.

Unde præter alias responsiones Domini interpretantur proposita à Do-  
mino Archiepiscopo visitationes solas ab anno 1565. post Bullam sanctæ memo-  
riæ Pii Quartii promulgatam anno 1564. super confirmatione dicti Concilii se-  
quatas fuisse autoritate delegatæ à Sede Apostolica ex dispositione precedentis  
Sac. Concilii, ut in dicta decr. 115. num. 7. & 8. decr. 217. num. 25. à versiculo ad visita-  
tionem. & decr. 313. numer. 12. à versiculo, nec visitationes.

Minus valuit oppositio fraudis, & simulata donationis fundi, & donatoris  
volentis fraudare mensam Archiepiscopalem ex Oldrado conf. 257. n. 41. versic. frans  
infusor cum similibus.

Quia ex facto videtur excludi omnis suspicio simulatae donationis,  
cum quidam Magister Nicolaus de Castro Terracensis Beneventanæ Dia-  
cessis donaverit purè liberè anno 1450. Venerabili Ecclesia Lateranensi Ca-  
pitulo, Canonicis, & Convenui ejusdem fundum, &c. & posteā anno  
1451. idem Capitulum, & Conventus concesserit licentiam alii personis,  
nemp̄ communitatī, & hominibus Terracensis, nec non Nicolao, ut ipſi  
homines, & Nicolaus fundare, & ædificare possent Ecclesiā seu hospitale  
sub invocatione Sanctæ Mariæ Annuntiatæ, quibus maximè congruit lon-  
geva observantia singulorum, & nihilominus rem penitus examinando, quæ  
fundatio potuisse intercedere, ubi donatio realis, & adhuc à saeculis viget,  
qualis verè fraus potest objici donatori, qui etiam si consulto donavisset in  
fabricam Ecclesiæ, voluisset, ut potius Ecclesia constituenda subfessæ Eccle-  
siæ Lateranensi per loci antecedentem donationem, quam Ecclesiæ Beneven-  
tanæ per simplicem fabricationem, aut non licet mihi, quod volo facere,  
an oculus tuus nequam est, dixisset etiam hic cum illo apud Sanctum Mat-  
thæum cap. 20. & repugnat communis sententia de simulatione in dubio  
ex consuetudine generali, quā omnes similes Ecclesiæ sunt in solo Lateranensi,  
ita factæ per similes donations, ut dicebatur.

Et ita utraque &c.

L 1 3

Ad